Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36561
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

heretis patronus ad istud annuit eis. et manu militari eici
ens fidelem populum dedit ecclesiam arrianis. In defectione
quoque cum fuissent omnes pernitiem deprecabantur dominum nocte et die
non fieri ecclesiam eorum collatorium hereticorum. Quapropter appre
hendit ipsam nicensium civitatem communis suffraga
tor ecclesiarum basilius. et abiit ad eum omnis multitudo
orthodoxorum clamans et annuntians factam in eos
iniquitatem imperatoris. Qui autem ad eos. Nolite flere filii
karissimi non enim dimittet dominus hoc in finem fieri. sed longa
nimes estote et exspectate misericordiam eius. Intrante igitur eo con
stantinopolim ut vidit valentem dixit ei. Imperator scri
ptum est honor regis iudicium diligit. et sapientia dicit.
Iudicium regis iusticia. et cur tuum dignatum est imperium
orthodoxos eicere. de ecclesia eorum et constituere in ea ma
ligloriosos. Dixit ei valens. Iterum reverteris ad contumeli
as basili. non decet te. Dixit ei sanctus. Decet me pro iusto et bo
no etiam mori. Et cum loquerentur ecce demostenes epu
tarum imperatoris familiaris prefectus patrocinabatur
hereticis. Et loquens plasphemias fecit barbarismum
De quo autem sanctus. Vidimus et demostenen sine litteris. Cui
adhuc insistenti. tuum est inquit de pulmentariis cogitare
non dogmata divina decoquere. Qui mox obticuit confusus.
Dixit autem sancto imperator. Vade iudica inter eos sed non secundum immo
deratum populi [illegible] amorem. quia non decet. Et dixit imperatori
sanctus. Si reprehenderis iudicium meum iuste et me exilia et or
thodoxos eice. et da ecclesiam vincentibus. Abiens igitur in nice
am cum litteris valentis precepit arrianis et dixit eis.